

en
ne
no
ico
infu
mol
oia

rpus
sifser
qua
spe
apud
oma
npa
Car
um
un,



HIPPOCRATES

GALENUS

DISSESSATIO INAUGURALIS MEDICA
DE

TABACI FUMUM SUGENTE THEOLOGO,

Ob es einem Theologo nothig und
gesund sey Toback zu rauchen?

QVAM AUSPICE DEO PROPIPIO
Auctoritate Graiose Facult. Medicæ,
IN ALMA REGIA FRIDERICIANA,

PRAESIDE

Venerando Domino Parente Suo

MICHAEL ALBERTI,

PRO GRADU DOCTORIS

Hor. Loc. consuetis A. 1743. d. 12 Junii
Publicæ Eruditorum Ventilacioni subjicit

Respondens

HENRICUS CHRISTIANUS ALBERTI,

Halensis Magdeburgicus.



DIOSCORIDES

PARACELSIUS

REPUTATIONE
VEGETABILIS

REPUTATIONE
MARITALE

MUMU DABAT

MICHAEL ALPERIN

PER - ILLUSTRI, ET EXCELLENTISSIMO
DOMINO
DN. FRIDERICO
DE REICHENBACH,

AUGUSTISSIMI PORUSSIAE REGIS A CONSI-
 LIIS SANCTIORIBUS, RERUM ECCLESIASTICARUM,
 AC CONSISTORII, UT ET RELIQVORUM SACRO-
 RUM TRIBUNALUM, MUNERUMQVE PRÆSIDI, REGIA-
 RUM ACADEMIARUM ET SCHOLARUM CURATORI, MON-
 TIS PIETATIS DIRECTORI, REGIMINIS REGALIS
 MINDENSIS CONSILIARIO,

CETERA,

VIRO NOMINIS MAGNIFICA CELEBRITATE,
 MUNERUM SPECTATISSIMORUM EXIMIA DIGNITA-
 TE, MERITORUM DIGNISSIMORUM SPLENDIDA AUTHO-
 RITATE, INCLYTÆ MUNIFICENTIÆ INSIGNI PRÆ-
 STANTIA GRAVISSIMO,

DOMINO SUO GRATIOSO,
 MÆCENATI OPTIMO,

INAUGURALEM HANC SUAM DISSERTATIONEM

VENERABUNDA MENTIS SUBMISSIONE.
 DICAT, CONSECRATQVE

HENRICUS CHRISTIANUS ALBERTI.

VIR PER-ILLUSTRIS,
DOMINE GRATIOSE,



anta sunt, quæ Munificentia
Tuæ in parentem & me ex-
tant monumenta, ut Gra-
tiosus tarditatis interpres esse velis, cum
non citius publice subiectissimam, quam
debeo, mentem gratam testatum fecerim.
Tanta sunt, inquam, ut tantum dicere li-
ceat, quod, non quam multum Tibi
debeamus. Non tantum Te erga paren-
tem

RIS,
OSE,
fificentia
me ex-
at Gra-
, cum
fecerim.
licere li-
n Tibi
paren-
tem

tem meum summe semper munificum exhibuisti , sed & me Berolini , cursus anatomici causa commorantem , quovis modo gratiose juvisti ; hinc spe satisfaciendi prærepta , chartaceas hasce gratias dare ausus fui . Novum insuper inusitatæ Tuæ Clementiæ exemplum prodis , si hasce plægellas ceu leves ingenii & diligentiaæ fructus serena fronte accipias , & quod NOMINI TUO PERILLUSTRI fronti illarum inscripto , decus ipsis , commendationemque conciliare audeam , Gratiose patiaris . Et eo magis spes est , fore , ut ausi hujus potiar . Confugio enim ad Virmum musis magnum , maximum . Certe ! singularis est Tua , MAECENATUM SUMME , erga bonas literas προσθυμα , qui inter tantum rerum sublimitatem literas non modo amas , æstimas , sed Ipse etiam illis dotibus , quæ inopie subsidia & vilioris sortis ornamenta ignavo seculo

culo videntur , cum quovis certare potes.
Patere igitur , ut hæc ceu mentis subjectissime grātæ obsidem offeram , simul submisæ rogitans , ut imposterum etiam parentem æque ac me gratia Tua amplecti velis , Deumque comprecans , ut Te , **VIR PERILLUSTRIS** , Te totum inter tribunalia suffragiis desudantem , & generosissimas , mellitisimasque propagines in longissimos annos conservare clementissime velit.



PRO-



PROOEMIUM.



A Simili nervosam format Conclusionem **CHRYSOSTOMUS** in Matth. 21. homil. 38. ita judicans: quemadmodum Medicus, quando primo ingreditur ad infirmum, statim de stomacho ejus interrogat, & eum compонere primum festinat, quia si stomachus sanus est, rotum corpus validum est: ita si Sacerdotium integrum fuerit, tota Ecclesia floret; si autem corruptum fuerit, tota Ecclesia marcida est: Hac similitudine Medicum forum cum Theologico quadantenus combinat, & a membris sanis, in conconomy vitæ naturalis obviis, ad integra Spiritualis Societatis organa concludit. Sacerdotes enim exemplum bonorum operum esse debent, nemini dantes ullam offenditionem, ut non vituperetur ministerium serum, & in omnibus se exhibentes sicut Dei ministros in

A 2 *mub-*

multa patientia 2 Cor. VI. ideo ad mandatum divinum
 in veteri fœdere & institutione immaculati, animo
 atque corpore integri atque puri esse debebant, sicut
 in nova & apostolica ordinatione inculpati requi-
 rebantur *Tit. I. v. 6. 7.* hinc **N A Z I A N Z E N U S** orat.
I. de fuga in Pontum inquit: *præiusquam animam quis pro
 virili, menteaque quantum satis sit repurgari, longeque
 supra alios ad Deum propinquarit, animarum curam susci-
 pere minime tutum esse censeo.* Ex nigro enim vestitu,
 quo multis in regionibus induiti & a politicis distincti
 incedunt, visibilem ac quotidianam impetrant ad-
 hortationem, quam circumspœte atque ingenue co-
 ram Deo, hominibusque ambulare debent, ne fa-
 cile tœdiosa & scandalosa macula eos contaminet:
 tanto magis prudenti sollicitudine evitare debent,
 quicquid firmos & infirmos in conscientia offendere,
 scandalizare ac dubios reddere potest: ob id **I S I-**
D O R U S P E L U S I O T A eos admonet *Lib. i. Ep. 319.*
Si lumen esse vis, scurrilitatem ac risus petulantiam odio
insectare, ne alioquin multos petulantiam & scurrilitatem
doceas. Sacerdos enim Domini omnipotens Angelus est.
Angelus autem risum nescit, Deo cum metu ac pavore mi-
nistrans. Propterea etiam **Sanctissimus Deus** ordina-
 vit & mandavit, quod inter **Israelitas** Sacerdotes &
 reliqui **Levitæ** animo & corpore integri, puri, nec
 ullo nævo, vitio & fœditate maculati feligantur, dum
 purissimus, perfectissimus & **Sanctissimus Deus** mi-
 nistros etiam puros & immaculatos desiderat *vid.*
L U N D I U S in **Züdischen Heilighum** *Lib. III. c. 3. n. 5. p. n.*
416. o. SPENCERUS de LL. Hebræor. Lib. i. cap. 7. Sec.

4. p. 177. ab init. JOH. BRAUNIUS in *seletis sacris*
p. 311. de Sanctitate Summi Pontificis, propterea V A L E R .
 HERBERGER in *Magnal. P. 9. n. 32. p. 711. a.* inquit:
 Der Titul, der lange Rock, und das grosse Buch macht kei-
 nen ehrlichen Prediger, sondern das treue Herz. Hæc
 mundities corporis non modo integritatem partium,
 sed & reliquam externam puritatem & elegantiam
 concernebat, ne fœtor, fœditas aliaque scandalosa
 qualitas in illis compareat: quare Summus Legisla-
 tor severè prohibuit, ne Sacerdotes Sacro cultui mi-
 nisterium præbentes, profanis se immisceant nego-
 tiis, ne ullo modo ab hisce contaminentur: ob id
 Heseckiel conqueritur XXII. 26. quod suo tempore
 inter sanctum & profanum distinguere hanc potuerint, in
 quem locum CALOVIUS in *Bibl. illustr. commenta-*
tur, Sanctum, quod Deo dicatum est; profanum quod in
usu communi est: quare ministri Dei se non alienis &
 secularibus negotiis immiscere debent, multo minus
 talibus, quæ aliis offendiculum pariunt: ita enim de-
 clamat & deplorat corruptum Clericorum statum
 BERNHARDUS *Lib. 3. ad Eugenium, Miror*, inquit,
 cuius ordinis sunt nostri Clerici, nam in congregatiōne tem-
 poralium se babent ut Laici, in apparatu nobili ut milites,
 in acquisitione reddituum ut Clerici, sed non laborant ut Laici,
 neque pugnant, ut milites, neque evangelizant ut Cle-
 rici, & cum utriusque ordinis esse cupiunt, utrumque de-
 ferunt, utrumque confundunt. Quam Sanctos itaque
 ac inculpatos Deus requirit ministros, tam sollicite
 ac strenue talium rerum usum illis interdixit, quæ
 facili modo ad animi & corporis pollutionem contri-

buere possunt: hinc Lex illa ordinata extat *Levit. X.*
 89. *Vinum & siceram non bibes, tu & filii tui tecum cum
 intraveritis in tentorium conventus, ne moriamini, ad di-
 stinguendum inter sanctum & profanum, conf. *Ezech. XLIV.*
 21. Vinum enim & mulieres seducunt intelligentes. *Syrac.*
XIX. 2. Et ita Nasiræs & aliis selectis vocatis vini
 usus plane interdictus fuit, testimonio Simsonis (cu-
 jus mater, uxor Manoachi ne quidem vinum & si-
 ceram bibere debuerat *Judic.* XIII. 4.7.) & Johannis
 Baptiste. Perquam enim illos, qui Sanctiori mini-
 sterio se manciparunt, decet, ut necessariis mediis,
 spirituali & naturali vitæ congruis, dextre utantur,
 & minus necessaria, quæ præcipue conformitatem
 cum barbaris aut mundanis moribus, consuetu-
 dinibus & plane abusibus habent, religiosa vi-
 tent prudentia, quare in commendandis qualitati-
 bus boni sacerdotis *CHRYSOSTOMUS homil.* 21. *ad
 Corinthb.* I. inquit: *Sacerdotem oportet babere & forti-
 dinem militis & agricolæ diligentiam & curam pastoris &
 post hæc omnia, NIHIL AMPLIUS quærere, QUAM
 NECESSARIA.* Varia enim illi observanda sunt, qui
 Sacrae animarum Medicinæ studet, quæ illius sanita-
 ti naturali conducunt, & a Medico corporis invenien-
 da, indicanda & applicanda sunt: Imo? cum magna
 inter Theologiam & Medicinam sit consensio, ita ille
 Medico varia salutaria spiritualia, hic vero illi diversa
 salubria consilia naturalia suppeditare potest. Em-
 phatica sane illa prophetica est admonitio *Esaie LII. ii.*
Mundamini, qui fertis uasa Domini: hæc verba utique
 ad Ministros verbi divini applicamus, qui discendo
 &*

& docendo sacratissimum vas Sancti Codicis gestant;
 qui itaque mundi esse debent ab omni profano & va-
 nitate: sic enim in hunc locum commentatur VI.
T R I N G A: *Censeo cum Hieronymo, Cyrillo, Procopio
 aliisque, quod hic describatur expeditio præconum Eva-
 gelii, qui monentur, ut se separent ab omni immunditia
 Spirituali & in universum ab omni inquinamento Spiritua-
 li & mundano.* Si itaque mundana inquinamenta &
 scandala evitanda sunt, varia omnino erunt, quæ
 non promiscue adiaphoris adscribi merentur. Theo-
 logi enim eminentiori gradu sacratae esse debent per-
 sonæ, quæ eo ipso strictiori ratione Deo consecratæ
 sunt; ideo ex omnibus eorum verbis, moribus &
 actionibus sancta elucere debet gravitas atque mode-
 stia: quare BROCHMONDUS in *System. theol. artic.*
de Ministerio Eccles. cap. 1. Sect. 5. p. 344. a. ait: *elucere debet
 in vultu pastoris ac reliquis membris gravitas & modestia:*
 Et si Episcopum irreprobenibilem esse oportet i Tim. III.
 q. ita talia consilia illi surroganda sunt, quæ illius
 famæ & vitæ, quæ pari passu vulgo ambulare dicun-
 tur, conducunt: quidquod si juxta monitum
D A N N H A U E R I in *Lact. Catech. Part. IX. p. 391.* *qui li-
 bert homo alterius Episcopus esse debet*, ita medicis vitio
 verti haud potest, aut debet, si Episcoporum aut
 Theologorum sanitati super intenti & attenti exi-
 stunt. Inter alia Fumus Tabaci Theologiæ cultoribus
 saepe in crimen & vitium ponitur, ut quæstio pro-
 pterea moveri soleat, an usus Fumi Tabaci illis
 æque necessarius & salubris sit, ideo constituimus
 præsenti Inaugurali Specimine hanc quæstionem
 pau-

t Levit. X.
 tecum cum
 ini, ad di-
 ecb. XLIV.
 tes. Syrac.
 caris vini
 sonis (cu-
 um & si-
 Johannis
 ori mini-
 s mediis,
 utantur,
 mitatem
 consuetu-
 osa vi-
 qualitatib-
 mil. 21. ad
 forritu-
 fororis &
 QUAM
 nt, qui
 s sanita-
 venien-
 magna
 , ita ille
 diversa
 . Em-
 LII. u.
 urique
 scendo
 &

paululum ventilare atque usum & abusum invicem discernere, & quantum ad medicum forum & scopum attinet scandalum in hoc passu datum & acceptum declinare: cui proposito ut fons bonitatis cœlesti suo auxilio affluat, humillimis votis contendimus.

§. I.



Umus Tabaci *medice* & non luxuriose usurpatus nulli hominum vitio verti potest, modo regulæ *decori* & modesti non violentur, insuperque inquiratur, an non *quædam* morbosæ molestiæ *alio*, quam illo, medio mitigari & curari queant: Haud enim benigne vel paululum puritati ac bono ordini, imo verecundiæ indulgentes, judicant, si pueri & impuberes, si honestæ, modestæ & pudicæ sc̄eminae, si viri honesti, amplissimi & celebres fistula fumosa in conspectum publicum prodent, ni hoc turpitudini sibi ducant, quia jam usus tabaci hodienum in levidensem, vilem & abjectam transit æstimationem, ut extreme aspernandi homines huic usui se mancipent, & *paucissimi* omnium pro *sanitate* tuenda hoc fumo utantur, plurimi contra corruptæ *consuetudini* seculari magis inhærent, & in proverbium modo abierit, si quis extreme dissolutum & deperditum hominem certo charactere atque conspicua nota cognitum reddere vult, edicat, er sehe aus wie Bier, Brandwein und Toback, quasi hoc *symbolum gulosi* sit subjecti: ob id non raro improbabatur, si *Theologi* huic usui Tabaci inhærent; quid autem

autem in hoc judicio *veri & æqui*, aut falsi, iniqui, male-
 voli & præjudiciosi inexistat, præsenti tractatione paulu-
 lum dispiciamus: non quidem *nostri fori* atque *instituti*
 est, iuxta regulas civilis aut *politicae & theologicae* moralitatis
 indagare & indicare, an *theologum* æque deceat *buic u-*
sui tabaci se dicare, licet ipse id non male aut in contume-
 liam accipiat; *Medicam* tamen disquisitionem de hoc ausu
 instituemus, cum non omnimode hoc medio sanitatis ille
 exclusus & expulsus esse queat. Et quis in hac *medico-*
præctica & medico-morali tractatione a nobis postulaverit,
 ut *scholastice & grammarice* prius definiamus, quid sit
Theologus, quid *Tabacus*, quid *effumatio*, quidve *suctio*
Tabaci sit, quæ sane supervacanea esset occupatio; id so-
 lum in initio hujus tractationis significamus, nostram tra-
 ctationem & disquisitionem eo tendere atque respicere, an
salubre sit, quo *Studioſi & Candidati* *Theologiæ*, nec non
officio aut ministerio quodam theologicō fungentes, usui
fumi tabaci adsuescant & indulgeant, & an *rationes*, qui-
 bus *necessitatem & absolutam utilitatem* hujus medii aut co-
 lorare, aut probare nituntur, ita *prægnantes & momento-*
 ſae existant: interea etiam *theologi*, *homines* sunt, & the-
 faurum suum spiritualem, si quem possident, in *testaceo*
 ac *fragili* gerunt organo, adeo ut *mediis talibus* salubribus
 æque indigeant, & Deum omnino tentaverint, si illis uti
 plane negligant atque recusent: an vero & *theologis & po-*
liticis consultum & *salubre* sit, *præter* urgentem necessita-
 tem vel *buic*, vel alteri adsuescere subiecto *medicamentoſo*,
 ideoque liberas & *ordinarias* suas *vires* naturales *extraordi-*
nario quodam medio seducere, imo magis *depravare*, ut
 plurimum autem magis *moribus bujus* *scculi* se accommo-
 dare,

dare, nemo ingenuus facile erit suasor, defensor & consiliator. Quid autem de illis sentiendum est, qui modo Sanctissimum vas Domini, revelati videlicet verbi divini in Sacro gestant Codice, & spissis suis commenariis ita onus incedunt, ut in fumum velut expirent, modo *vas fistulosum sigulinum* summo tractant delectamento, & huic *idolo* tetro se sacrificant fumo, facilis utique labor erit. Ex aliis nobis innotuit fidelis ac sincera illa admonitio, quam quoad hunc usum Tabaci inter Theologos probandum, ordinandum & temperandum, præbuit B. FRANCIUS in *Lectionum Paræneticarum Part. IV. Lect. X. p. 221. sq.* qui inter multa alia dixit: Man ist so unverständig nicht, daß man aus einer solchen bloß euerlichen Sachen, die da als eine Medicin gebraucht werden kan, einem eine Sünde machen wolte. *p. 222.* man macht dies einem nicht zur Sünde, wenn es einer als eine Medicin gebraucht. = = Dies wird aber bestrafft, wann einer dies als eine Gewohnheit annimmt, täglich Toback zu rauchen, da ists ihm keine Medicin mehr; denn indem ers täglich gebraucht, so höret auf eine Medicin zu seyn. Interea quæstio illa *Theologico-Medica* formari & resolvi potest, an ad evitandum scandalum, aut aliqualem offenditionem, (qui propterea ingenuam fiduciam deserunt & deponunt) hujuscemodi Theologo in conscientia æque ac libero arbitrio consultius sit, a tali *usu Tabaci obstinere*, etiam si ille *medicis respectibus & destinationibus* adhibitus fuerit, si *aliis medicamentis*, magis juxta communem opinionem probatis, eadem *morbosa afflictio* mitigari potest: *conf. Rom. XIV, 21. bonum est, non comedere carnem, neque bibere vinum, neque quicquam in quo frater tuus impingit, aut scandalizatur, aut infirmatur,*

&

& i Cor. VIII, 13. quapropter si cibus scandalizat fratrem meum, non comedam carnes in æternum, ne fratrem meum scandalizem: hoc si de esu carnis & potu vini valet, quid judicandum erit, de fumo tabaci, barbaris etiam hominibus familiaris, qui adeo inficit, ut illius odor multis fætor evadat & longe lateque spiret. Constat nobis exemplum de fœmina animo conscientioso & corpore delicato prædicta, quæ in confessionali precatione a confessionario suo, qui præcedente prandio coxam aut femur vervecis alio trajectum atque assatum, alliaceum odorem cum scandalio excepit, & propterea de murando & abdicando confessionario cogitavit: quid igitur de talibus theologis sentiendum erit, qui continuo talem exspirant odorem, ac si e taberna potatoria, aut diversorio provenirent. Sedulo itaque obseruant, qui lucem suam coram hominibus lucentem præbere debent, ne ulli offensam struant, in memoriam revocantes idem illud Apostoli dictum Rom. XIV. 21. Et c. XV. 2. Unusquisque vestrum proximo placeat in bonum ad ædificationem. Nam ut cum MART. NOISLERO in Præfaz. dispos. Evangelic. eloquamus: Mores collegiorum non ubivis respondent pallio, certant inter se non vero Dei cultu, sed Medusa crinibus & vulnu, non pietate, sed crudelitate, non emendatione, sed ambitione, argentum respiciunt plerique, non suum juramentum, amant dignitatem, non probitatem, actionibus suis non ædificant, sed scandalizant. Addimus monitum apostolicum i. Cor. IIIX. 9. Videte, ne forte auctoritas (licentia) vestra hæc offendiculum fiat infirmis v. 10. Si enim quis viderit te habentem scientiam in idolis (aut ad mensam tabacinam) recumbentem nonne conscientia-

tia ejus infirmi existentis &c. conf. v. 13. Ita B. SCRIVER in gesammelten Passions- Andachten medit. 25. p. n. 238 230. scribit: Ich erinnere mich einer gewissen unverantwortlichen Rede, welche jener Lehrer, da er von sich erzählt, wie er in seinen Studenten- Jahren in eine so schwere Melancholie gefallen, daß er ganz betrübt an der Elbe herum gieng, auch mit solchen desperaten Gedancken sich schluge, über welche er sich bey nahe in selben Fluß gestürzet hätte. Gedoch fachte er sich wieder in so weit, daß er nach der Stadt gienge, eine lustige Compagnie aufsuchte, und seine Gril- len mit Toback-Dampf erstickte, und in dem Bier-Glaß ersäufste; wozu er noch setzte: Das, wann er dem vermutlichen Rath einiger Kopf-Hänger hätte folgen, und seine Zuflucht zum Gebeth nehmen wollen, er in noch weit größere Traurigkeit, und folgends wohl gar in Verzweiflung wurde gefallen seyn. Welche schöne Meinung, die er bey einer besonderen Zusammenkunft behauptet, einige seiner Zuhörer, so dazumal zugegen waren, mit solchem Beyfall aufgenommen, daß sie bey dergleichen Begebenheit es für ein unbetrügliches Mittel gehalten, die melancholischen Gedancken bey einer lustigen Compagnie zu vertreiben, = = so ist der Toback-Rauch, und die Bier-Dünste nebst denen Narrentheidungen, die öfters in dergleichen Gesellschaften vorgebracht werden, zwar manchmal geschickt, das aufgeweckte Gewissen wieder einzuschläfferen, aber keineswegs hinlänglich, solches zu befriedigen.

§. II.

Non quidem nostri *præsentis* thematis atque propo-
siti *nervus* est, hujus Fumi laudes decantare, quæ multis
&

& amplificis conatibus & laboribus jam tum a multis de-
prædicatæ prostant; sicut contra non pauci abusum Ta-
baci indeque provenientia damna indicarunt, e quibus
imprimis *Rex Anglia Jacobus suo Misocapno innotuit:*
de quo ROLFINCK in Ord. & Merb. Med. Lib. 2. Sect. 3. c. 78.
p. 143. testatur: *Autoritas magna est Potentissimi Anglorum Regis Jacobi VI.* Hic subditis suis interdixit usu ta-
bacini fumi, cum in suo regno observaret, pestis instar va-
gari fatuitatem illam & bibendi fumum cocoethen insatia-
bilem animos dementare etiam sapientum. Ut tanto felici-
us abrogaret abusum hunc, nova imposuit vestigalia iis, qui
mari adveharent. *Mognus Moscovia Zaar, venditoribus*
& emporioribus graves imposuit muletas; addo BARTHOLINI judicium in Medic. Dan. dom. diss. 5. p. 232. Si sapien-
tum more superflua resecaremus, possimus sine salutis de-
trimento peregrino isto fumo prorsus carere, & bonis no-
stris frui. Ita porro ERASM. FRANCISCI in Seelen la-
benden Ruhe-Stunden P. III. Betr. 26. p. 929. ita scribit:
Der fürtreffliche kluge und gottselige Bischoff AMBROSIUS
erinnert L 1. Ep. 6. ad Irenæum Tom. 3. von den Priestern
wird nichts gemeines noch Pöbel artiges, nichts, so mit der
Weise und Sitte des ungesalznen Hauffens verwandt ist,
erwartet. Die Priesterliche Würde erfordert eine nüchterne
und wohl gemäßigte Gravität und mit den Volk unverwor-
renen Erbarkeit, ein ernsthafftes Leben, und sonderbahres Ge-
wicht. Denn wie kan derjenige von dem Volk ehrerbietig
beobachtet werden, der nichts besonders hat vor dem Volk,
noch einige Ungleichheit mit den gemeinen Haussen erweiset.
Was soll das Volk an dir verwundern, so es das Seinige
(seine Weise und Eigenschaft) nur an dir findet, so es nichts

weiters an dir erblickt, was über seine Manier erhaben sey; so es an dir, welchen es für ehrwürdig achtete, eben dergleichen antrifft, was es an seiner eigenen Person für schauwürdig achtet. Id autem hoc loco brevibus notamus, quod *conveniens & opportunus Tabaci usus multas & diversas promittat offeratque opirulationes*: interim probatæ & multæ experientiæ testimonium est, *multos theologos & politicos vixisse & adhuc vivere, qui nunquam Tabacum in talem usum duxerunt, qui etiam haud infirmiori valitudine prædicti fuere, licet quidem aliis ille usus varia commoda conciliaverit*: præterea autem perinde crebra testatur *experientia, nonnullos, qui Tabaci usui se dicare renuunt, sub congrua diæta, debito regimine aliorumque salubrium mediorum dextro usu parile solatium atque auxilium invenisse, unde colligere facile liceat, nullam absolutam causam illum Tabaci usum plane necessitare*. Dantur interim rerum humanarum conditiones, qualitates & vicissitudines, ob quas multi homines tali diæta, regimine & medela *vicaria* ob curtam atque concisam suppelle. Etilem & reliquum vitæ genus uti nequeunt, ideoque ad tale, *vilissimo pretio comparandum, subsidium confugere tenentur, ut sunt homines in militari, agresti, opificaria, sylvestri, nautica, viliori œconomica, pecuaria, jumentaria, aurigaria, metallaria, carbonaria, mercenaria, hujusque conditionis alia, vivendi qualitate & sorte degentes, quorum numero pii ac modesti theologi adscribi hanc possunt, ut secundum hanc æstimationem & circumstantiarum conciliationem facile judicium ferre possumus, quoscunque Theologos ab hoc Tabaci usu abstinerre penitus posse, quibus nunquam tam durum ac turbulentum*

lenthum vivendi genus incumbit, sed qui ad officii sui exi-
 gentiam sedatius, temperatus & commodius vivere pos-
 sunt. Ut ut autem hæc ita fieri possent, licet Tabaci usus
 & barbara gente in cultiores nationes translatus sit, tamen
 usus aromarum, potus Thee & Coffee æque peculiarem
 & saporem & odorem comprehendens, *Theologis* haud
 vitio vertitur, non obstante eo, quod ille a multis vilio-
 ris sortis hominibus æque receptus sit, ideo videtur bo-
 diernis consuetudinibus aliquid dandum & indulgendum
 esse, modo & decorum, & modestum atque salutare ob-
 servetur, ne calumniatori & malevolo censori ansa scan-
 dalizandi præbeatur, & medici meliori fundamento, æ-
 quitate & auctoritate hunc *controversum* usum Tabaci, a
Theologis observatum, probare & defendere queant.
 Sunt de reliquo nonnulli *Theologi*, qui ingenua inten-
 tione ambigunt, an ipsis *consultum* sit, ad certam quan-
 dam *morbosam* qualitatem, *bujus fumi* Tabaci usum expe-
 riri, qui non paucis aliis subjectis in simili afflictione ex-
 optatos ac *salutares* præstítit effectus; quare in tali men-
 tis fluctuatione a Medicis consilium quærunt, an ipsis e-
 tiā, quippe *Theologis*, hæc auxiliī species conveniens
 & decens sit, & an non commode illo carere queant,
 imprimis cum huic usui adsuescerent, desuēscere multa
 inferat incommoda, insuper *inopinato* usus *congruus* hu-
 jus medii, quippe remedii, in indecorum, turpem &
 petniciosum *abusum* degenerare queat, aliique probe ag-
 noscant, quam facile talis Tabaci usus alicui *servitutem*
 imponere valeat, ut expectatus *usus* multas postea afferat
 molestias, & *officio* æqne ac *sanitatis* statui varia conciliat
 præjudicia atque detimenta. Quare facilis propensiō
 in

erhaben sej,
 eben dergle-
 on für schau-
 amus, quod
 & diversas
 probatae &
 beologos &
 Tabacum
 niori vale-
 voria com-
 rebra testa-
 se dicare
 liorumque
 atque au-
 nullam ab-
 tote. Dan-
 ualitates &
 a, regimi-
 suppelle-
 loque ad
 onfugere
 opificia-
 pecuaria,
 , merce-
 te & sorte
 logiadscri-
 em & cir-
 erre possi-
 su abfine
 ac turbu-
 lenthum

in hunc usum Tabaci character animi, facile etiam in abusum ejus, aut minus necessarium usum, & conjunctam conformatiōnem secularibus moribus atque connexis variis ataxiis, respondentem, descendantis & consentientis, existit, de quibus dein illud Apostolicum monitum valet *Rom. XII. 2.*
Ne configuramini seculo huic, sed reformamini renovitate sensus vestri, ad probandum vos, quae voluntas Dei bona, & beneplacens & perfectio: dum contra illi, qui sincero respectu fragilis & instabilis suae sanitatis solatium & emolumētū Tabaci fumo uti volunt, semper officii rationem habentes querunt ei εξει!

§. III.

Licet igitur Theologis hoc Tabaci fumo juxta rationes & regulas *medicas* uti, si ob prædominium *pituitosi, catarrhoſi*, frigidi ac torpidi temperamenti, (cui alias magis ille convenit, vid. PRIMEROSIUS *de Errorib. vulgi in Medic. L. 4. c. 32. p. 432.*) crebrioribus affectibus, *capitis* præcipue atque *pectoris*, humorosis, *phlegmaticis* subjiciuntur, velut *affuxionibus & defluxionibus* capitis, gravidini, cephalalgia serosæ, coryzæ, frigidæ cerebri intemperiei, sub qua defectum *naturalis caloris* in cerebro sentiunt, nec non torpori & gravitati capitis, obscurationi visus, pressioni oculorum, falsæ aliquando defluxioni intra oculos, memoriae imbecillitati, proclivitati ad *somnum*, tcedio ad res *seriosas & ingeniosas*, *decubitu* intra *aures* indeque pendenti obauditioni & *fusurri* aurium, *defluxioni* intra *gingivas* indeque provenienti odontalgiae, intumescentiae *glandularum* colli, tonsillarum, parotidum, genarum, prolapsione *uvulae, raucedini*, difficultati deglutendi, inflationi & protuberantiis linguae, efflorescentiae *pustu-*

pustulosæ & scabritiei in facie, chronicæ & habituali flu-
xioni *narium*, viscosæ oppletioni *faucium*, multipliciti
visionis mutationi & alterationi, præter hæc autem facil-
limæ catarrhosæ molestiæ, da sie stets und bey allen Jah-
res und Witterungs Veränderungen mit Flüssen an Kopf
beschwehet sind: nonnulli sensibili *frigiditate in cerebro*
molestantur, unde conqueruntur, sie könnten sich den Kopf
nicht erwärmen: inde oritur & *consequitur* interdum *stu-*
por & insensibilitas in *capite*: quandoque *turbulento* so-
mno aut *inquieto* nocte molestantur, unde major *capitis*
imbecillitas & pertinacior *catarrhosæ* afflictionis invasio
& continuatio invitatur; satis saepe etiam *temulenta*, aut
mitior *vertiginosa* affectio corripit, de qua dicunt der
Kopf wäre ihnen ganz wüste, und zu ernsthaften Gedanken
untüchtig; quædam subjecta sub tali *frigida & pituitosa* ca-
pitis intemperie ordinaria excretione *peripherica* capitis
carent, inde gravioribus, acerbioribus, *pertinacioribus* &
numerousioribus capitis *catarrhosæ* affectibus corripiun-
tut: quidam ob tales catarrhosæ defluxiones *oculos ob-*
scurores & visum imbecilliorem obtinent, quid quod
tandem *semi paralyticam* nonnullorum capitis musculo-
rum qualitatem experiuntur: sicut alias ob *intensorem*
animi laborem & *virium* mentalium operosiorum exercita-
tionem affectus *capitis* crebriores & graviiores *theologis*
magis familiares existunt. Præterea multis theologo-
rum varii *colli & faucium* affectus, ob eandem corporis
constitutionem, ut modo paululum indicavimus, familiares
sunt, imprimis *glandularum* inflationes, indurationes
& ægerrimæ suppurationes, denen öfters die Drüsæ am
Halse aufbrechen, *colli tensions & rheumaticæ* molestiæ,

C

fau.

faucium inflationes & viscosæ offendentes, Anlauffen des
 Halses. Et hæc catarrboſa dispositio in variis ſubjeſtis e
 copite intra fauces, aut pectus, aut plane ventriculum ſpe
 ciali congeſtoria translatione deſcendit, inſuper autem
 vaga hac qualitate & groviores & periculofiores morbo
 rum transformationes generat. Quicunque porro in
 choro theologorum in pectore frequentiores catarrbos
 experiuntur, velut tuſſim humidam, aſtbma humidum,
 oppreſſiones & anguſtias connexas, inſuper autem pe
 ctus amplum, latum, planum, ſed magis contractum, nec
 ſufficienter elongatum habent, eine unterſetze, furhe, volle
 Brust, quibus propterea & respiratio & loquela operoſa
 & anbeloſa exiſtit, ſub qua facile largiorem humorum of
 fluxum & accumulationem in pectore nanciſcuntur, unde
 recursus catarrhales oriuntur, aut moleſtam raucedinem
 acquirunt, ſicut etiam iplis facile contingit, ut post in
 tensiorem ſermocinationem, in loco aut tempore vel va
 poroſo & humido, vel ſimul frigido, tales moleſtas peſto
 riſ affectus recurrentes experiantur. Si itaque Theolo
 gis ſæpe & facile caput & pectus ægrotat, principalioreſ
 utique partes laborant, quibus ad officium ſuum admi
 nistrandum valde neceſſe habent; ideo diuerſis etiam in
 digent auxiliis, quibus prædictos affectus avertere &
 præſervare, vel expellere & curare debent, dum ſæpe
 vel ob prædictam ſui corporis conſtitutionem, vel ob of
 ficii ſui rationem & relationem in Medicorum conſilia &
 ministeria incident, quibus ceteroquin ut plurimum cor
 pus eſt ſucculentum, ſpongiosum, laxum, carnosum, po
 deroſum, inſuper autem magis inſirmum & laſſum, quam
 robustum & conſistens eſt.

§. IV.

§. IV.

Hicce itaque Theologis aut junioribus aut proverbiis, *prædictarum* qualitatum & recensitis affectibus obnoxii, *congruus* usus Fumi Tabaci non modo *proficuus*, sed & ob multiplices *salubres* effectus a Medicis *secure* commendandus est: Tanta enim hujus medii efficacia est, ut suo *Sulphure* & *Sale* volatili potenter humores puitosos *resolvat*, rarefaciat, *discutiat* eorumque progressum adjuvet; ideo homines *duro*, spisso & frigido victu fruentes, a tali Tabaci usu præter reliquum *laboriosum* vitæ genus, firma & constanti ut plurimum gaudent sanitate, nec ita crebro, facile & graviter *similibus catarrhalibus* corripiuntur affectibus, tanto minus humorum *spissitudine* vexantur: præterea *tabaci* fumus in *isdem* subjectis *catarrhos* debiliorem, *difficiliorum* & *tardiorem* *progressum* sanguinis *incitat*, auget & promovet, ut *viscidiores* humores efficacius *attenuet*, ad loca ordinaria *excretoria* transferat, liberam & legitimam eorundem *se- & excretionem* conservet, *flagrationes* suspectas arceat, præsentes autem & modo ortas stagnationes & oppletiones catarrhosas intimius & efficacius discutiat, *obstruetos* meatus & canales *aperiat*, & oscula excretoria magis amplificet, imprimis autem ordinarias *excretiones*, in hicce affectibus valde necessarias, in *justum* successum restituat, inque illo conservet & confirmet: præter hosce autem admodum utiles effectus, *volatilebus* suis principiis constitutivis Tabacus *intimius* partes intrat, penetrat & transit, & ita per quam aperit, insuper autem fibras *motorias* *nervosas* & *membranosas*, ita subtili *stimulo* allicit & afficit, ut *anæa* in aliquali *laxitate*, torpore & *atonia* con-

stitutæ, non modo a colluvie, secessione & stagnatione catarrhosa liberentur, sed in pristino suo robore & vi motrice alleventur, atque ita instruantur, ut *potentiori* activitate largiori humorum *affluxui* & imminentि *stagnationi* & obstructioni resistere & reniti valeant: hinc consequitur, ut humores præstantius progrediantur & stagnationes aut factæ, aut initiantes melius propellantur & discutiantur: & ne multa harum virtutum testimonia proferamus, quorum alioquin uberrima prostant, placet e multis HEURNII confirmationem adducere in *methodo medendi* Lib. 1. p. 86. ita profitentis: *mira ubertate ore & nare pituitom evocat, arida folia igne candescens carbonibus injiciuntur, ac fumus excipitur ore hiante & infundibuli angusto fistula: totum enim cerebrum pervadit & in aures eadem arte infertur.* Verum id affirmare possum, hanc herbam peculiaritate cerebro dicatam esse, facileque eo viam affectare, ac id ab omni inquinamento eluere: idem etiam Caspar DURANTES suo Carmine, quo Tabaci laudes extollit, comprobat. conf. ROLFINCK. med. conf. 19. Lib. 2. p. 281. Lib. 3. conf. 1. p. 332. Singularia etiam & memorabilia exempla, huc quadrantia, allegat LEDELIUS in A. N. C. Dec. 2. an. 7. obs. 48. Et quod magis est, hic fumus tabaci ob suam *volarilitatem* Massæ plane Sanguineæ subtiliter & clanculum se insinuat, (ut propterea & ratione & observatione facile demonstrari queat, Tabacum cerebri usū in fumo adhitum *Cerebrum* denigrare & perfumare: vid. Adrian. FALCKENBERG in Ep. ad Job. Neander Tabacol. p. 229. GARMANN in Mirac. Mort. Lib. 2. tit. 3. §. 57. 58.) & in hac serum *pituitosum* colliquare, *resolvere* & faciliorem ejus excretionem invitare. conf. ROLFINCK l.c.

I.c. Lib. 2. conf. 22. p 319. ita nobis constat exemplum viri,
 qui per plures annos inter Indos, Batavosque vixit, Ger-
 manus natione fuit, & ob *largiorem* usum Tabaci sangu-
 nem *tabicino odore* penitus imprægnatum ac obscurum ob-
 tinuit, qui post V. Snem manifeste deprehensus fuit, cu-
 jus etiam *Sudor simili odore* prædictus erat. Sanguini autem
 hæc *subtilia effluvia tabaci* immixta *viscidorem* ejus par-
 tem attenuant, (in quam alias *specialem* physicam relatio-
 nem habent, uti alias ex experimentis physicis constat, u-
 nam materiam cum alia facilius convenire) & sicut de reli-
 quo motum sanguinis tam intestinum, quam progressivum
 certo usu auget, ideo *crassam* & phlegmaticam ejus portio-
 nem magis *resolvit* & rarefacit: & hoc etiam modo fumus
 tabaci Massam Sanguineam ab uberiori hac congerie hu-
 morum pituitosorum liberat, horumque *excretionem* per
consueta organa auget & promovet: Hinc etiam illi, qui
multum catarrhis vexantur, quando consortio tabacum su-
mantium aliquandiu intersunt, nec tamen ipsi eundem fu-
gunt, sed tantummodo consueta inspiratione excipiunt,
si aliquatenus tantum huic fumo adsueti, nec cum adversi-
tate plane ab eodem abstemii sunt, ut plurimum magnum
inde suorum afflignantum catarrhorum levamen, mitigatione-
nem ac resolutionem acquirunt.

§. V.

Non raro accidit, ut Theologi, aut ad pedes Gama-
 lielis sedentes eruditii juxta exquisitionem paternæ legis,
 aut in officio jam Ecclesiastico ministrantes, præmaturam
visus imbecillitatem & obscuritatem ob crebram *Scrutatio-*
nem Sacri Codicis ex genuino suo fonte typis tenerioribus,
rarioribus & exilioribus editi, ut & ob frequentem scri-

*peurom litteris gracilioribus & subtilioribus exaratam, nec non ob constitutionem corporis admodum pblematicam, & defluxiones catarrhales inde pendentem, obtineant, quæ variis impedimentis atque molestiis consequentibus ansam præbet; hisce propterea æque ac aliis hominibus moderatus & ordinatus usus bujus fumi ut plurimum magnum promittit levamentum & adjurnementum, præcipue si talis usus sub perita medica directione instituitur, quando cum tabaco simplici radix valerianæ, aut cort. chaccarill. vel lign. Safffr. aloës, rhodii, vel semen fericuli, vel grana masticbis &c. modica quantitate miscentur: Multa salutaris hujus usus passim prostant exempla atque testimonia, insuper quotidiana illum comprobat & commendat experientia: e multis observationibus unam tantum notatum dignam allegare placet in A. N. C. Cent. 3. obs. 7. p. 12. tiz. de visus acie in Septuagenario usu fumi nicotianæ conservato. Quando porro nonnullis e cœtu Theologorum prædominanis humidi aut pituitosi temperamenti *inquietus* & turbulentus affigit somnus, ob nocturnas *stagnationes* & affluxiones *catarrhosas*, caput valde occupantes, subinde vires *enervantes*, & operationes *mentis* turbantes & debilitantes, nec non si ob *affiduas* & intensas *mentis* occupationes, profundas, longas & operosas meditationes vel parcum vel interruptum, vel multis insomniis *inquietum* somnum experiuntur, tunc *tabaci* fumus multam illis opem conciliat, dum vel humores affluentes & stagnantes *resolvit* & *discutit*, vel leni *sedativa* virtute quietem magis *placidam* & *constantem* promovet: id quod certius evenit & succedit, si *vespertinis* horis hoc fumo *modica* quantitate utuntur, cuius operatio sese efficacius in nocturnas*

horas extendit. Quodsi porro talia subjecta ob varia ventriculi incommoda, videlicet flatulentiam, cruditates, ingesta larga & *dura*, in difficilem concoctionem, gravitatem *cardiogicam*, molestos ructus, appetitus dejectionem, asthma flatulentum, dolores capitis, hypochondriorum angentes inflationes & connexas alias molestias incident, tunc magna & extemporanea efficacia ille *Tabaci* usus singulis hisce pathematibus *medetur*, flatus dissipat, appetitum reficit, cruditates resolvere adjuvat, fibras ventriculi nerveas remissius allicit & stimulat, si actio illarum *debilior* & inertior est; quodsi autem *spastica* commotio ventriculum afficiat & detineat, tunc penetrans ille fumus fibras valde *tensas* & *irritatas* blande *sedat* & demulcit, proinde autem tantum cooperatur, ut concoctio *facilius* succedat & digesti cibi citius e ventriculo in duodenum transferantur intestinum: quapropter quidam hanc virtutem de hoc fumo depraedicare possunt & solent, daß sie leichter und geschwinder davon verdauen, bekamen einen guten appetit darauf; quid quod *stomachicam* inde & *carminativam* efficaciam experiuntur: quemadmodum illis etiam subjectis multam assert *opitulationem*, quibus catarrhales decubitus e *capite* ad *ventriculum* facile & frequenter accident, unde eximias molestias sentiunt, hisce talis tabaci usus *extemporaneam* quasi sublevationem causatur, dum affluxus humorum discutit & concurrentes motus congestorios lenit atque sedat, alias autem atque varias excretiones promovet, utiles æque ac hoc tempore necessarias: ita etiam *idem* medium in *adjuvatis* istiusmodi hominibus conatus *vomendi*, aut actuales vomitus, a *dieta* *vitio* & errore pendentes, aut *lenit* & mitigat, aut

ad

ratam, ne
gmatom,
teant, qua
ibus ansam
us modera
gnum pro
si talis usus
cum taba
vel lign.
ana mafsi
a salutaris
monia, in
dar expen
um notatu
7. p. 12. tie
e conserva
rorum pra
nquietus &
nationes &
subinde
es & debi
is occupa
tiones vel
s inquieto
multam il
& stagnan
te quietem
uod certius
mo modica
s in noctur
818

ad faciliorem successum & citatiorem eventum promovet,
ut consecutio aut non noxia, aut potius salubris evadat: in
bilioſis vero & valde plesboricis & nimis fluido sanguine
præditis personis, tales inde utilitates expectandæ non
sunt, quoniam tabaci fumus facilius ſinistro effectu & bi-
lem & sanguinem talem commovet & turgeficit, niſi crudi-
tas aut ſaburra bilioſa in ventriculo detenta, atque ſpas-
mis ita occlusa ſpontaneam excretionem difficulter admittat,
in quo reservato caſu idem tabaci fumus non modo perver-
ſos & præjudiciosos ſpasmus ſedat, ſed & bilis excretionem
ſurſum ac deorsum invitat & adjuvat.

§. VI.

Plurimum insuper sanitati promovendæ e naturali-
bus mediis atque effectibus confert in omnibus ſubjeſtis,
ut *excretiones ordinariae* libero, ſufficienti & *quotidiano*
gaudeant ſuccesſu, id quod etiam maximopere *Theologis*
conducit, qui *frequenter* varias harum evacuationum tur-
bas patiuntur, quibus avertendis & corrigendis multum
adjumenti promittit *fumus tabaci*: hic enim *poros curis a-*
perire & ſpasticas illius ſtricturas emendare adjuvat; hic
etiam *sanguinis æqualem distributionem* promovet, ejus-
dem efficaciorum ingressum in peripheriam corporis cau-
ſatur; hic ſerum excrementium magis *resolvit*, rarefa-
cit & ad faciliorem excretionem valde diſponit; hic po-
ros cutis in *ampliori* permeabilitate conservat, hinc illi,
qui *largius* huic fumo inhaerent, *ſudorem tabacino odore*
proferunt; tandem etiam idem fumus sanguinis motum
augens hoc effectu excretionem *periphericam* invi-
tat. Non minori etiam efficacia *urinæ excretionem faci-*
litat & excitat, eodem operandi modo, quo amplificam
prio-

priorem adjuvare solet: quemadmodum *sal volatile*, ab
 hoc tabaci usu proveniens, æque efficaciter *vias* urinarias
 stimulat, & ad hanc functionem intensius & alaeius ad-
 ministrandam, allicit. Præterea hic fumus valde pectus
 repurgat, affluxum catarrhosum inde discutit, avertit &
 derivat, collectionem præsentem humorosam viscidam
 colliquat & attenuat, ac denique *expæctorationem* eximie
 facilitat: hinc peritis medicis remedia de *peto s. tabaco*,
convenienti modo parata, in *pertinacissimis* quibusdam
pectoris morbis, ubi *alia auxilia non* sufficienter penetrant,
 speciali virtute & encomio commendata usuque recepta
 sunt: & quoniam Theologis liberum pectus, facilis re-
 spiratio & prompta loquela per quam necessaria sunt, ita
 huic etiam excretioni promovendæ *idem* medium valde
 confert. Quantam utilitatem ad *capitis & cerebri* repur-
 gationem fumus ille conferat, modice & congrue usurpa-
 tus, in præcedentibus indicavimus & demonstravimus,
 siquidem illico sinus, meatus, cribra, glandulas & mem-
 branas in constanti *apertione* conservat, ut se- & excre-
 toriae functiones illico in perenni successu non modo con-
 serventur, sed & catarrhales harum partium affectus *præ-
 serventur*: ideo illi, qui quotidiano usui hujus fumi addicti
 sunt, nec tam *facile*, nec tam *sæpe*, superius allegatis ca-
 pitis morbos molestis obnoxii deprehenduntur. Sic
 porro idem medium multis testimoniosis tanquam certissi-
 mum & efficacissimum adminiculum ad *alvum* liberandam
 commendatur: & hæc una ex primis & principalibus vir-
 tutibus est, quas alii de hoc tabaci usu deprædicare sciunt:
 fumus enim ille ita plene & pure haud emitte & exspirari
 solet, quin quædam ejus quantitas intra *caput, pulmones*

D

&

promove,
 evadat: in
 o sanguine
 glandæ non
 fectu & bi-
 it, nisi cru-
 atque *pro-*
r admittat,
do perver-
excretionem

 e naturali-
 s subjectis,
quotidiani-
e Theologi-
tionum tur-
dis multum
nos curis a-
juvat; hic
ver, ejus-
rporis cau-
sit, rarefa-
it; hic po-
t, hinc illi,
hacino odore
inis morum
ricam invi-
ionem fac-
amplificam
prio-

& ventriculum se insinuet, ex hoc virtus ejus sese in *intestina* extendit & inter varios alias effectus *stimulo* quodam illa ad faciliorem & crebriorem evacuationem incitat: hinc in subjectis insuetis *parcus* etiam hujus fumi usus, praeter vehementes *vomitus*, etiam strenuas *cathartes* causatur: quincunque itaque homines alvo segni, tenaci & *adstricto* laborant, illi etiam hoc auxilio uti possunt: inter alia testimonia unum ex *Act. Nat. Cur.* adducere placet, ubi in *Dec. 3. ann. 1. obs. 52.* allegatur historia viri, pertinacissima alvi adstrictione laborantis, cui post varia frustra adhibita media, tandem fumus tabaci exoptato & sufficienti effectu hanc suspectam obstructionem solvit atque curavit: tanto certius talis aperio expectanda erit, quando de hoc fumo aliquantillum *deglutitur*: ita enim vix ullum peritorum medicorum latet, quam *extempora-neam* vim *emeticam* & *catharticam* hic tabaci fumus habeat: quare Britanni novum suum Clysterem, quo fumum Tabaci ad provocandam alvum certa quadam fistulari machina, quam *BARTHOLINUS* *Cenz. 6. bist. 66. VA-LENTINI* *de Polychrestis exor.* p. 73. *Act. Berol. dec. 2. Vol. I.* p. 54. *Vol. 4. p. 59.* partim describunt, partim commendant, (licet *SIM. PAULI Qu. Bot. Claff. 3. tit. Ruta* hujuscemodi encomio ægre subscribat) applicare solent. Nec tamen semper propterea hoc fumo indies suctione excipiendo alvus irritanda erit, ni *ordo* naturalis & *spontanea* ejus liberatio istiusmodi coactioni & adfuetudini manciperetur; cum rectius per intervalla & Medicinæ loco uti illo medio suffecerit.

§. VII.

Interdum *Theologis* æque ac *aliis* hominibus motus
&

& conatus *hæmorrhoidales* familiares sunt, qui impedito,
 & anomalo successu varios *cruciatus* causantur, ideoque
 aliqua *correctione* & *promotione* indigent: huic scopo obti-
 nendo æque convenit *modicus usus fumi tabaci, variis con-*
gruis effectibus, alvinam videlicet excretionem alliciendo,
sanguinis motum augendo, perversos motus spasticos se-
dando, ingruentes stagnationes avertendo, & modo factas
resolvendo, bilem in intestinis cum muco mixtam abstergen-
do, indeque intestina etiam crossa stimulando, & affluxum
*sanguinis largiorem ad vasa *hæmorrhoidalia* excitando;*
quare a congruo hujus sumi usu perruptio & liberalior fluxio
Hæmorrhoidum adjuvatur & promovetur: confirmat hoc
attenta observatio & perita experientia eandem exoptato
imitatur successu; testem inter alios producimus FRAN-
CKENAU in dissert. de Hæmorrhoidibus, qui hunc fumum ta-
baci mediis & causis Hæmorrhoides irritantibus & provo-
cantibus annumerat: quare etiam illi, qui certis tempo-
rum intervallis aetualem fluxum hæmorrhoidalem experien-
tur, quando immodece hoc fumo utuntur, facile immodi-
co & excessivo tali fluxu corripiuntur, cujus observationis
nonnulla exempla allegare possemus, nisi alia adhuc nobis
monenda restent: ob id ad irregulares motus hæmorrhoi-
dales ordinandos & dirigendos modicus omnino hujus fu-
mi usus concedendus & ordinandus est, qui proinde non
alimenta & potulenta luxuriosa, lauta, spirituosa, valde
aromatica, acria, & sanguinem nimis commoventia ad-
mittit, sed temperata, eupepta, lenientia & humectan-
tia requirit: qualem diætam exacte pariter Theologi obser-
vare & a symposiis sanitati infensis abstinere debent, si hoc
medium processum hæmorrhoidalem ipsis aureum aut salu-

zarem reddere debet: inde enim est, cur quidam hujus
chori & fori politice magis, quam Theologice viventes,
alieno vivendi genere & diætæ œconomia alia moruum &
apparatum suorum haemorrhoidalium initia, & incre-
menta mox in gravem & pertinacem araxiam conjiciunt
& seducunt. Inter alias tabaci fumi virtutes, hasque præ-
cipuas a multis medicis probatae fidei & experientiae, is ad
morbos malignos, contagiosos, epidemicos & pestilen-
tiales avertendos commendatus & approbatus deprehendit,
qui non modo proximas, respirationis videlicet,
vias præservat, salivæ, quippe efficacissimi involuci &
vehiculi miasmatum malignorum, sufficientem & extem-
poraneam excretionem excitat, (sicut in A. N. C. Dec. I.
ann. 10. obs. 170. exemplo confirmatur, quod saliva sedulo
sub conversatione cum malignis decumbentibus excreta, a
contagio præservert) imprimis autem omnium reliquarum
necessariarum & salutarium evacuationum successum pro-
moveret: quare præter MONARDUM & DEDONÆUM mul-
ti alii, præcipue LOIMIATRI, ad hunc scopum illud ad-
miniculum laudant, quod non tantum impurum, & in-
fectum aërem corrigit, sed etiam hominibus reliqua hu-
ius fumi exceptione magnam utilitatem promittit: e mul-
tis testibus unicum tantum iterum producere lubet, eumque
autodidactum, autopracticum & autoptam DIE-
MERBROCKIUM, qui Lib. IV. de Peste histor. XVII. hæc
profert: ad peste laborante in visendum vocatus fui: si-
mulac cubiculum ejus intrarem, statim pessimum excremen-
torum fatorem naribus percepi, a quo graviter affectus
fui: post brevissimam visitationem domo rursus egressus,
illico me vertigine, nausea & cordis anxietate affectum sen-

ſe,

uidam huj
ce viventes,
a motuum &
io, & incre-
m conjuncti
hasque pra-
ienzia, is ad
& pestilen-
deprehens
s videlicet,
involucri &
m & extem-
N.C. Dec. I.
aliva sedulo
excreta, o
reliquarum
cessum pro-
nsum mul-
m illud ad-
um, & in-
eliqua hu-
it: e mul-
bet, eum-
ram DIE-
VII. hæc
us fui: si-
excremen-
ter affectus
egressus,
fatum se-
fi,

si, ita ut pestilens contagium me concepisse non dubitarem.
Quapropter postpositis omnibus negotiis, statim me domum
contuli, atque tabaci optimi, quinque sexve fistulas sunt
suctione exhausi, cuius usu omnia praedicta symptomata,
ita penitus evanuerunt, ut ne minimum quidem mali am-
plius sentirem: porro in annotationibus ad hanc historiam
inquit: tabacum pro insigne præservativo semper babui, ejus-
que fumum in ipso conceptæ luis principio, mibi aliquoties
insigniter profuisse comperi - - referunt etiam quondam
Londini in Anglia ab horribili peste illic saeviente immunes
fuisse omnes illas domus, in quibus tabacum vendebatur,
conf. Lib. 2. c. 10. & annot. n. IV. p. n. iii. (licet contrarium,
sed non satis solide testetur PRIMEROSIUS de Error. Vulg.
in Medic. L. 4. c. 34. & inter alia profiteatur: quamvis igi-
tur non nocere credam, multum tamen prodesse posse non
videtur.) Et quoniam Theologi saepe ad maligne ægrotan-
tes vocantur, diuque apud illos commorantur, ita illi
etiam hoc prophylacticum remedium commendatum esse
potest; quo tempore tanto majori excusatione gaudent,
ne ipsis tale medium, quo velut exquisito & singulari re-
medio jam utuntur, vitio verti queat.

§. VIII.

Dum haec tenus nonnullas utilitates recensuimus,
quas fumus Tabaci promittit, ita reminiscimur illius re-
lationis, quam MONARDUS Lib. X. Exoticorum Caroli
Clusii cap. XIV. tradit: Hæc est celebrato illa Indicis Sa-
cerdotibus planta, nimirum Tabacus, qua uti solebant ad
responsa danda: etenim opud Indos moris erat Sacerdotes
de bellorum eventu, aliisque magni momenti negotiis con-
sulere. Consultus Sacerdos istius plantæ folia secæ ure-
bat,

bat, & eorum fumum tubulo s. cannula quadam in os ex-
 cipiebat, deinde quasi in extasis quandam ruptus cadebat,
 omni moru privatus, sicque permanebat aliquandiu. Dis-
 cussa ejus fumi facultate, ad se redibat, referebatque nego-
 tium cum dæmone contulisse & responsa dabat ambigua &c.
 Hæc ille; meliori sane scopo pii Theologi eodem fumo
 uti possunt, quando responsa, vel publicis vel privatis
 sermonibus, adhortationibus, informationibus, doctri-
 nis, dehortationibus, comminationibus, reprehensio-
 nibus, consolationibus &c. dare, insuper autem decre-
 tum Dei de æterna hominum salute dextre explicare de-
 bent. Atque ita Theologi varia occasione hujus fumi
 usum *salubrem* experiri possunt: yidelicet 1) respectu pri-
 vatae tutelæ sanitatis. 2) intuitu officiorum suorum publi-
 corum. 3) quoad *ægrotorum* visitationes & 4) habita se-
 pulturarum publicarum ratione & relatione. Quoad
 primum respectum *valetudinarii* Theologi, aut instabili
 & lubrica sanitate prædicti, aut *prædicto* temperamento
 instructi, aut *superius* memoratis affectibus facile obno-
 xii, hoc medio uti possunt, ita tamen, ut illud, *velut*
medicinam, congruo modo, loco, tempore & quanti-
 tate adhibeant. Sicut enim a ratione alienum & *contra*
omnes medicas regulas esset, indiscretim *indies medica-*
mentis se obruere & magis *enervare*, quam sublevare
 velle, ita ut talis *quotidianus* usus illorum non in bonam,
 sed certius in malam & *noxiam* consuetudinem cederet,
 ita nulli hominum *quotidianus* & *indiscretus* illius fumi
 usus *medico* scopo suadendus erit, cum potius *opportuno*
 tempore quælibet subsidia adhibita certiorem *salubrita-*
tem promittent. Quemadmodum autem hic fumus &
 pra-

præservatorio & curatorio scopo congruit, ita quoad pri-
 rem destinationem illa anni tempora, temporumque ac
 tempestatum mutationes observari debent, quæ ad ta-
 les affectus capitis & pectoris catarrhosos disponunt, ut
 imprimis sunt initiantes vernales, autumnales & hye-
 males plurimæ tempestates, quibus non æque indies, sed
 per dierum intervalla illo remedio uti conveniet: utut
 enim nec sapore, nec odore Tabacus se commendat, fa-
 cile tamen *ad suetudo* animos seducit, ut ob pretium affe-
 ctionis factorem *empyreumaticum* & *norcoticum* Tabaci in
 gratitudinem quandam convertant, quæ ludicra consue-
 tudo expectata *talem salubritatem* destruit & invertit:
 id quod & *medice* & *moraliter* deinceps Theologis valde
 inconveniens & indecens est. Quando autem hic fumus
 pro *exigentia* causarum *rite* usurpat, tunc *matutinis*
 & *vespertinis* horis illius usus ptæcipue una alterave fistu-
 la servatus & institutus conduceat: hoc modo, si pri-
 vationi opera & præcautione usus hujus sumi instituitur,
 vix ulli verus & sincerus Theologus præbebit *scandalum*,
 & nihilominus exemplar gregis esse & in omnibus &
 per omnia bonorum operum typum se exhibere poter-
 tit: unde ille, qui ob ralem causam se *scandalizat*, non
 alterius, sed propria & hac *injusta* culpa se offendit:
 in *politico* vero consortio tubulis fumanibus *sine necessi-*
tate requirente, ex *confuetudine* magis & pro more *so-*
cialitatis secularis operam dare, nec *medice*, nec *theo-*
logice in Theologo excusari potest: connexæ autem qua-
 litates, videlicet exspiratio & odor Tabaci, manie reiche
 nach Toback, facile corrigi, evitari & emendari possunt,
 si *privata* directione hic usus temperatur: quamvis de
 reli-

reliquo hic odor, qui aliis *gravis* & magis *fætidus* esse potest, aliis *suaveolentibus* substantiis corrigi queat: hinc SIMON. PAVLI in commene. de abusu Tabaci, quando narcoticam ejus qualitatem improbat, inquit: *Ast cum Tabacus præ multis simplicibus insigni narcotica vi sit prædictus, tunc ratione sulphuris sui narcotici stupefacit, & corrumpit cerebri temperiem, usque adeo, ut cum simplicibus concitatis fumis, v. g. majoranæ, betonicæ, roris marini, succini, mastichis, & similiūm pituita a cerebro etiā noxam eliciatur moderate usurpatis, a Tabaco, vide- licet incongrue, aut immodice usurpato, illius rōv semper dissolvatur.* Si itaque circumspecti Theologi solo ac simplici Tabaco uti verentur, mixturam herbacei Tabaci adhibeant, cujus quidem *basis* sit *Tabacus* additis herbis serpilli, rorismar. meliss. menth. major. beton. abrotan. salv. puleg. matricar. bacc. junip. anis. stellat. succin. thur. mastich. &c. observata tamen illa etiam cautela, ne talis Tabacus, quem vulgo vocant Kräuter-Toback *longius* usurpetur, quia *potentius* capitis partes afficit, & alterat.

§. IX.

Alterum momentum in *speciali* hac explicatione comple&tetur rationem usus hujus fumi Tabaci respectu officiorum publicorum a ministris Ecclesiæ administrandorum: Ad hæc *officia* solemnia aut *publica* præcipue pertinent recitationes & orationes ad congregatos auditores, sub quibus imprimis totum *pectus*, *collum* & *caput* operosæ sunt regiones atque partes, quæ si largo humorum *affluxu* pituitoso onerantur, in diversis subjectis in *præcedentibus* nominatae *morbosæ* invasiones excitantur, qui-

quibus aut *præservandis*, aut facilius & citius avertendis
idem fumi usus conducit: plurimis ferme *succulentis, cor-*
pulentis, humorosis, *obesis*, lato ac pleno pectore instru-
atis, facile sub ejusmodi *sermonibus* longioribus & in-
tensioribus, wann sie sich mit starcken Neden angreissen,
accidit, ut ob extemporaneam & subitaneam *superio-*
rurum corporis regionum *pituitosam* oppletionem, *rau-*
cam & asperam vocem, difficilem & asthmaticam respi-
rationem aliaque incomoda experiantur: inde etiam
est, cur in Ecclesia Papistica Monachi quadrati, proceri
& humoribus tumefacti, hymnos suos, aut horas atque
missas canentes cito magis boatum & rugitum, quam re-
ligiosum, suauem & devotum cantum proferre, aut pium
& amicum Psalmistam agere soleant: ad *præcavenda* ta-
lia incomoda, istiusmodi subjectis vel *ante* vel *post*
habitos tales sermones temperatus *bujus fumi* usus
convenit: facile enim *morbosæ* tales afflictiones corri-
piunt, si templo umbrosa, *humida*, vaporosa & squalida
sunt, si tales ministri diu in facello, aut sacrario cœmi-
teriali similium qualitatum versari tenentur: Et hæc of-
ficia sese ad sermones nuptiales, baptismales, funebrales,
ordinationum, investiturarum Ecclesiasticarum, similes-
que alios extendunt. Quod ad *agrotorum visitationes*
attinet, tunc ministri Ecclesiarum non raro ad *tales pau-*
pertate pressos miseros in carceribus, nosocomiis & er-
gastulis detentos ægros convocantur, quo interdum me-
dici nec requiruntur, nec progrediuntur; hi vel morbis
contagiosis, vel infectioni similibus, vel aliis valde *impuris*
oppressis officio suo adstere & interdum in loca *pu-*
rida, speluncos & squalidas fætidasque, mephitim spi-

E rantes,

queat: hinc
quando nar-
Ait cum Ta-
vi sit predi-
upefacit, &
et cum simpli-
cic, voris-
ita a cerebro
abaco, vide-
s rōtē sem-
ologi solo ac
hacei Taba,
additis her-
eton. abro-
lat. succin.
cautela, ne
Toback lon-
afficit, &

licatione
respectu
nistrando.
cipue per-
os auditio-
m & caput
largo hu-
s subjectis
xitantur,
qui.

rantes cameras intrare tenentur, ubi ferme pestilentialia effluvia virum, non *valde* firma sanitate præditum, aut alias debilem, *sensibilem & puritati* deditum confessim invadere & eximie *alterare* possunt & solent: quibus itaque *idem fumus* multum levamen, *protectorium & auxilium* naturale promittit, sive vel eminentius pituitosæ, sive alterius succulentæ fuerint constitutionis corporis, modo *illis* hominibus, qui de *Sanguineo & Cholerico* temperamento participant magis *modicus* & temperatus usus tabaci, alioquin *lesioris* qualitatis ac *minus* calefientis ordinandus & concedendus sit. Hac itaque occasione Theologi ad *roles ægros* accedentes, vel *ante* aditum, vel *mox post* reditum, tali fumo, velut singulari *medicina* sibi prospicere & subvenire debent. SEPULTURARUM denique rationem quod concernit, tunc Ministri Ecclesiæ illis ut plurimum interimo præesse debent, dum non modo *conductum publicum* comitari, & *defunctis* atque Sandapilis *proximiores* esse, sed etiam in cœmteriis aut *sub diu*, libero adspirante aere sæpe crasso, denso, squalido, nebuloso, frigido, humido similique, aut in facello *quodam* sepulchrali similium qualitatum aliquandiū commorari debent, sub quo aëtu atque processu facile subiecta *prædictarum* qualitatum, varios *capitis & pectoris* affectus experiuntur, quibus *tempestive* avertendis illa *eodem* adminiculo *fumante* uti possunt, quo medio non tam ante talem aëtum solennem, quam *mox post illum* uti licet; observata illa *cautela*, ne quilibet *indiscretum*, fine necessitate ad hoc confugiant medium, quibus quoad corporis sui constitutionem, viriumque rationem illud plane non convenit. Attamen quoad *omnes* hosce respectus *non absoluta* erit *neces-*

necessitas ad hoc medium, quod non paucis scandalosum
videtur, confugere, dum ante hujus sumi notitiam & fami-
liarem usum Theologi fuerunt, qui nihilominus *valerudi-
nario* corpore pressi, ad seram pervenerunt senectam, &
proximioribus ævis multi pariter færunt *similium* qualita-
tum, variisque valetudinis generibus tentati Theologi,
qui *sine tabaci fumo* nec *magis infirmi*, nec *minus longæ-
vi* extiterant. Sicut *medico perito* non incognita erunt
consilia satis efficacia, quibus illis, qui huic fumo se dica-
re recusant, nec ejus usui adfuescere possunt aut volunt,
cum *desiderato* successu subvenire, sic omne quod perti-
mescunt *scandalum* evitare, idque observare possunt jux-
ta Rom. XI V. 13. μὴ τιθένας πρόσωπομα τῷ ἀδελφῷ
ἢ σκάνδαλον, & I Cor. VIII. 9. Βλέπετε μήπως ἡ ἔξστα
ἡμῶν αὐτῇ πρόσωπομα γένηται τοῖς ἀδενέσσι.

§. X.

Theologiae autem *Studioſis*, (qui præparari debent,
quo se & futuros audientes salvent, aliis voluntatem Dei
de æterna illorum salute indicent, quo alios ad imitandas
virtutes adhortentur, & bona conscientia alios alloqui-
queant, imitatores mei estote, sicut & ego Christi.) *con-
tumeliosum* & *scandalosum* est, si *sine ulla necessitate* & fal-
laci magis atque mendaci prætextu *secularibus* moribus se
accommadantes huic fumo inhærent, eidemque ita tena-
citer *adfuescant*, ut sub officiis *publicis* *sine illo* esse & du-
rare nequeunt; quo ausu multipliciter peccant, & qui-
dem *medice* hunc abusum dijudicando, primo dum *sine*
ulla genuina necessitate alicui medio se *mancipant*, unde
nec *deleßationem*, nec *utilitatem* acquirere possunt, id-
que non sine *molestia* & *incommodo* usurpare inchoant;

E 2

quod

e pestilentia
ditum, aut alia
se fūtim invadere
us itaque iden-
auxilium natu-
ræ, sive alte-
oris, modo il-
o temperamen-
s usus tabaci,
entis ordinan-
one Theologi
vel max pos-
a sibi prospic-
UM denique
lesiae illis ut-
nmodo con-
andapilis pro-
ub diu, libe-
do, nebulo-
dam sepul-
ari debent,
radiciorum
s experien-
adminiculu
alem actum
servata illa
itate ad hoc
sui constitutio-
ni convenit.
Joluta erit
neces-



quod cum eo æque conveniret, ac si indies *alio* amaro & graveolente medicamentoso subjecto uti malling & in consortio quodam amicabili Decocto amaro, fumariæ, Cent. min. scordii, cochlear. card. bened. tanacet. beccabungæ &c. os humectare & eluere vellent, aut alias graveolentes herbas accensas fumo excipere susciperent; dein quando ipsi *inutili* alicui subjecto & negotio cum molestia & inaccepta tolerantia ita adsuescunt, ut in quotidianum usum illud convertant, & sine *adversa* æstimatione diu illo *corere* nequeunt, insuper autem hanc *peregrinam* occupationem cum *naturalibus* & ordinariis confundunt: porro quando hoc ausu *liberos* & ordinarias functiones *naturales cogunt*, & quadanterus turbant, dum *spontaneum* & placidum *salivæ* affluxum ad fauces prodige *ollicitunt*, hanc secrerionem & excretionem *præcipitare* & anticipant, potulenta *plus*, quam *ordini* naturali respondet, ingeunt, insuper *superflua* potulentorum ingestioni *adjuefiunt*, ventriculum propterea *relaxant*, cruditates colligunt, *impurum* sanguinem acquirunt, ideoque successive multis *futuris* *damnis* se subjiciunt: proinde maximus committitur *error*, dum coacto modo *vires* naturales *seducuntur*, & talibus *ægritudinibus* œconomia vitæ naturalis & individualis subjicitur, quibus *avertendis* alias hic *futus* ordinatur & adhibetur, ut nunc necessitate adacti, in quam ipsi se conjecterant, eodem medio uti teneantur, quod prius luxuriose adhibuerant: ob id plurimis Theologici studii cultoribus sec. artis medicæ fundamenta hujus fumi usus rectius *dissuadendus* est, ne *alia medica* auxilia tamdiu spernentes, huic medio toti tota se consecrent fiducia, cum tamen *gravioribus* morbis correpti, tamdiu ite-

iterum ab usū hujus fumi abstinere debeant, donec *aliis* mediis curati & tractati fuerant: quando autem hanc *minus* necessariam *consuetudinem* in officia proxima *publica* transferunt, tunc *speciali* incommodo se gravatos esse sentient, quo utique *carere* potuissent, si *meliori* ordine vitæ suæ tramitem instituere atque dirigere, *aliisque consiliis* obtemperare voluissent; a junioribus enim annis alicui rei *adsuescere*, *ægerrimam* admittit correctionem. Quare illos, qui tanto *abusu* huic *miru* grato medio student & indulgent, illa egregia adhortatione *Jacobi Sexti Regis Britanniae* in Misocapno, scilicet de abusu Tabaci tract. compellamus: *igitur o cives si quis pudor rem insanam abjicite, ortam ex ignominia, receptam errore, frequenter suuitia, unde Et ira Numinis accenditur, corporis sanitas otteritur, res familiaris arroditur, dignitas gentis senescit domi, vilescit foris, rem visu turpem, olfactu insuavem, cerebro noxiā, pulmonibus damnosam, Et si dicere liceat, atrī fumi nebulis tartareos vapores proxime representantem.* Hæc quidem de *minus necessario* usu ejusdem fumi valent: Dantur vicissim etiam in quibusdam Sanctioris studii cultoribus *justæ* & fundare cause, quæ ipsis, si volunt, secundum *medicas* regulas eundem fumi usum admittunt: licet *alia* etiam adminicula ipsis commendari queant. Hoc modo major hujus herbæ consumptio evitabitur, de qua ERASMUS FRANCISCI in der brennenden Lampe der Klugen in XVI Bedenken p. 373 e Barnaba de Ryke op. Engelandrum Part I Lu i: Evangelicæ sequentia refert: *Dass man selbiger Zeit zu London in Engelland über 7000. Officinen oder Kauff- und Würz-Laden gezehlet, (die Apothecken und Tobacks-Händler mit eins-*

gerechnet) darin man Toback verkauffet habe: und schliesset eine Rechnung, daß wann jeder Kram-Laden nur alle Tage einen halben Ducaten oder 25. Schillinge löset, alsdann täglich 7000. halbe Ducaten für solchen Toback-Rauch ausgegeben werden; welches jährlich auf 31. Tonnen Goldes 93050. Gulden sich belauftt. Hieraus schöpffet man leichtlich die Muthmassung, daß im ganzen Königreich Engelland, desgleichen in Niederland, und manchen andern Europäischen, wie auch West-Indischen Orten in vielen Jahren sehr viel Millionen Goldes, ja wohl schier ganze Gold-Berge verausgabt werden und vernichtet. Ast in succincta hac tractatione, acquiescendum nobis esse, arbitramur. DEO T. O. M. humillimas referimus gratias, quod huic tractationi exoptato auxilio adesse, eandemque ad prosperum successum dirigere voluerit, cui porro humillimis precibus & hunc laborem & futuros nostros conatus ad felicem & salutarem commendamus progressum atque

F I N E M.

DOctus ALBERTI cathedram simulque
Iam petit dudum meritos honores,
Quos solet solis Meditrina veris
Tradere natis.
Filius Dignus Celebris Parentis
Inchoat iam iam sibi vindicare
Iure splendentes quoque dignitates,
Quas tenet Ille.
Semitam faustum premit hic eadem:
Praemium non hinc minus obtinebit.
Quanta nunc Parentem capiet voluptas,
Gaudia quanta?

Gratu-

Gratulans optat mea mens, *Amice*,
Vt Decus serues hodie paratum
Hoc, per annorum seriem diurnam
Prosper ubique

CHRIST. SIGISM. BECKER,
Medicin. Candidat.

Vita.

ex. morte redemta.

Paradoxon.

attamen. verum.

Consentis.

NOBILISSIME. ALBERTI.

Tetris. sum. operae. Tuue. locatae.

Structas. sapientissime.

machinas. destruximus.

cadavera. scrutavimus.

haud. dudum. ambo.

ut. recuperemus.

corpora. gravibus. pallentia. morbis.

Nunc.

alia. Tibi. scena.

ex. angustis. ad. augusta.

siste. hic. laborum. gradum. feliciter.

E. crypta. umbratili. sepulchrali. cathedralm. conscendis.

laborum. praemium. inde. reportando.

Appludo.

animitusque. gratulor.

Auge. elogia. paterna. tanquam.

paternarum. virtutum. haeres.

Fortes. enim. creatur. fortibus. & bonis.

L M P.

HENRICVS FRIDERICVS DELIVS.

Wernigerodanus Med. Cand.

Publi-

Gratu

Pvblica iam studiis ad pulpita scandis, AMICE
CANDIDE, finitis, meritum decus inde capessens,
Quod Meditrina dicat TIBI consociata ministris.
Auguror euentum tanto sub PRAESIDE faustum;
Omina nec recinens felicia parra retardet.
Sed de Theiologo fumum fugente Tabaci
Disseris. Ecquid agis, dic, inter, Saule, prophetas;
Theiologi clamant? quo tendis? AMICE, quid audes?
Sanctas incipiunt frontes caperare, minisque
Atque supercilii motam testarier iram.
Scilicet est aliquid fumum luxisse tabaci
Dulcem, deliciis nec debere amplius uti,
Cum bene titillent nates, linguasque, gulasque:
Verum quo rapior! DOCTISSIME, claudito riuos
Prata bibere satis, laurum vesterisque laborum
Praemia purpuream, quae fert TIBI, sume PARENTIS.
Gratulor, auspiciis bene vertant coepta secundis
Numinis, in PATRIS sincerima gaudia MAGNI
Ipsius inque TVI sint, DOCTORANDE, salutem.

Hicse Praenobilissimo & Clarissimo Dr.
DOCTORANDO, amico aequalitatis
simo gratulari, seque ulteriori illius
fauori commendare voluit

GEORGIVS GOTTFRIED WENDT
Med. Cult. Opponens.

Sahrer Fleiß erhebet schon:
Wenn man erst genug gerungen,
Und das wiedrige bezwungen,
Kriegt man auch erwünschten Lohn.
Wer sich in den Künsten übet,
Und die Wissenschaften liebet
Macht sich Ehre, Preis und Ruhm
Ganz und gar zum Eigenthum.

Du

Du Hochwerthgeschägter Freund
Giebst hier von ein klar Exempel
Da Du in dem Weisheits Tempel
Mit den Musen Dich vereint,
Da Du in derselben Orden
Nur warst aufgenommen worden,
Wie bestissen und bemüht
War Dein aufgeweckte Gemüth?

En wie hast Du Tag und Nacht
Denen Sachen, denen Lehren,
Die Du reichlich kontest hören,
Mit Verstande nachgedacht,
Wie hast Du den Grund der Sachen:
Dir gesucht bekant zu machen,
Ja wie deutlich sahst Du ein
Wie, warum sie möglich seyn.

Selbst Dein Vater gieng Dir hier
Dessen unaemeines Wissen
Wir mit Recht bewundern müssen,
Mit besondern Vyspiel für
Dessen treues unterrichten
Spühret man aus denen Früchten
Die Du aller Welt nun zeigst,
Da Du Deinen Zweck erreichst.

Drum will Wohlgerathner Sohn
Dich Hygea heute schmücken
Und an ihre Seite drücken,
Sieh, Sie schenkt Dir eine Eron,
Sieh, Sie will nach guten Wählen
Dich zu ihren Schaaren zählen
Nimm daher mit frohen Muth
Deinen Preiß den Doctor-Huth.

F

Hier:

Hierzu aber wünsch ich Dir
Seegen und beständig Glücke
Gott treib alles das zurücke
Was Dir schädlich für und für
Wie wird über Dein Gedeyen
Dein Herr Vater sich nicht freuen?
Wenn er Dich, sein einzig Kind
so nach Wunsch geschmücket findet?

Zeige künftig Deine Kunst
Gieb den Kranken Arzneyen
Das sie sich daran erfreuen
Und erwirb Dir Ruhm und Gunst.
Wirst Du diesen Zweck erhalten;
Fördern Junge mit den Alt'n;
Freund, von Dir vor Schmerz und Weh
Ein bewährtes Recipe.

Hiermit gratulirt dem Herrn Doctorando zu
der rühmlichst erlangten Doctor-Würde,
dessen ergebenster Freund und Diener

I. G. K O S T, Hallensis
J. U. Stud.



01 A 6505

f



hur 10. Stck 7A-706
bisher verkaugt

KD 18 WDT



R. ET EXCELLENTISSIMO
DOMINO
RIDERICO
CHENBACH,
PORUSSIÆ REGIS A CONSI-
US, RERUM ECCLESIASTICARUM,
UT ET RELIQVORUM SACRO-
M, MUNERUMQUE PRÆSIDI, REGIA-
JM ET SCHOLARUM CURATORI, MON-
DIRECTORI, REGIMINIS REGALIS
NDENSIS CONSILIARIO,
CETERA,
S MAGNIFICA CELEBRITATE,
TATISSIMORUM EXIMIA DIGNITA-
DIGNISSIMORUM SPLENDIDA AUTHO-
TÆ MUNIFICENTIÆ INSIGNI PRÆ-
TANTIA GRAVISSIMO,
O SUO GRATIOSO,
ECENATI OPTIMO,
M HANC SUAM DISSERTATIONEM
BUNDA MENTIS SUBMISSIONE
DICAT, CONSECRATQUE
CHRISTIANUS ALBERTI.